



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Isocrates. Capvt XXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*grandiorē μέντοι οὐκαπόδι ταῖς λέγεναι, in eo Isocratis, solito fuisse & Demetrio Phalateo iniquior, quibus hæc virtus maximè conuenit, & si quis per seum facete velit, legit orationem Lysias contra Theonnestum, & ceteros similes, in quibus, quod satietabundè, quod delectet, nihil multum inueniet. Nam eius orationem valde probo, ἐπιτάχους τοῖς Κορνύδων Βορδοῖς, reliquæ mediocres sunt, multæ, & luce, & eius nomine indigne viris doctis merito videntur.*

vi puer pueros iisdem studijs deditos superauit, atque etiam ijs studijs in inimicis contentus, ad maiora diuino quodam imperio impellatur. Hæc Socrates in Phædro Platonis, de Isocrate admodum adolescentem. Ex quo conjectare licet, qualis vir fuerit, qui tam secunda initia, ad centesimum usque annum, quem proprie expluit viuendo, in continua eloquentiae exercitatione perduxit. Cicero certè eum eloquentiae patrem non veretur appellare: nec immixtò, in *Isocratis* sunt enim in eo summae virtutes, quæ a Dion. *virtute*, Halicarn. colliguntur; inuentio mirabilis, heroicæ magnificentia, illustris argumentosum splendens, dispositio prudens, epicherematum elaborata collocatio, magna ubique stylis perspicuitas, atq; in exprimendis moribus industria, dictio pura, facilis, vistata, verborum summa, quæ potest esse, cœcinnitas. Cæterum, ut nihil ex omni parte beatum est, à summis viris, in eo morosa ad satietatem vñq; affectatio reprehenditur. Primum enim concursus vocalium, quæ hiulcam faciunt orationem, iam religiosè vitat, ut nihil supra, licet de eius oratione Lucilianum illud dicere.

*Quam lepidè lexes, compoſte ut Tesserula onores, Arte paumento, atque emblemate vermicula-10.*

Deinde figuræ, non quidem sententiae, sed distinctionis, ut leuiculas antitheses, isocola, homœoptora, homeoteleuta, non minus frequenter, quam illi Iouem Corinthium inculeat: ad summum numeros, & circumscriptos verborum ambitus perpetuo consecutatur, ut nunquam videatur acquisitæ, nisi periodos impensioe cura tornatas laxius effundat, & mollius. Quod qui nimis pueriliter faciunt, tibicines multos inferunt orationi. Hæc in Isocrate Dionysi. *Philenius* animaduertit: Philenius eundem cum p̄. & Hiero-  
toro comparat, qui ubique easdem vestes, & phlo ob-  
gestus, & ornamenti imaginibus appingit. Hie de Isocratis ronymus Philosophus lectori pueri similem iudicavit, quod nulla vñquam acrimonia, nulla vo-  
cis contentione utatur. Verum facile potest Isocrates excusari, si præseri im eius consilium *Defendit*, spectetur. Hoc genus dicendi si usurpat in Isocrato, iusta reprehensione non carius sit, at vero scribit ad pompa, delectationemque le-  
gentium: in quo genere quid potest esse nimis elaboratum? Non est hic ars occulta, quam profitemur, & quam à nobis solim audidores expectant, quanquam in eo non est ineptus, aut nimis Isocrates, quod nimis inteperanter obiicit.

*Plato in  
Phædro.  
Platonis  
iudicium  
de Isocr.*

**S**irenula, quæ Isocratis insidet tumulo, me stacente, laudes eius prædicat, & suavitatem commendat eloquentia. Hic certè tibiarum fabri filius didicit canere majoribus fistulis, ad eloquentiae natus decora. Quid mirum: Gorgiam illum Leontinum audiuerat, aureum planè oratorem, sub quo procula Isocratis lingua, dicendi cōsecuta est admirabilitatem. Votibar in primis gloria, forum & actiones cogitabat; sed vocis graciitas, frontisque mollitatem hominem à forensi discrepauit, in priuatō schole parientes compulit, inter quos eam gloriam aluit, quam nemo posse ei cōsequutus: quippe eius ludus tori Græciæ dicendi officina, vel certè, ut acutè dictum est a Tullio, equus, Trojanus fuit, & quo principes nauiter instituti ad eloquentiam prodierunt: primus enim cœpit mollioribus numeris expiere sententias, & aurea philosophiae documenta delicatissimæ orationis intercere floribus, è quibus eam apud summos viros adeptus est gloriam, quam nemo adsequitur. Præsenserat primas, veluti orientis ingenij faces diuinus Plato, cum tam illi commendat elogio.

*Δοκὶ μὲν ἀμείνων, ἡ καὶ τὸν περὶ Λυσί-  
αν ἔναντι, οὐ τὰ δὲ φύτεας, οὐ τὴν γένειαν,  
τὴν φύσην, κερπαράδαι, οὐτε οἰδέν αὐτὸν τὸν θεαμα-  
τὸν προΐσθης τὴν λικίας εἰ περὶ αὐτοῦ τε τὸν  
λόγον τὸν νῦν ἐπιτηδεῖται πλέον ἢ παῖς ανθρώποις  
κοιτᾷ πώποτε ἀλαμένων λόγων, οὐτε εἴπειν  
μηδὲ πρόφθατ ταῦτα τῷ μείζῳ τῷ λόγῳ αὐτοῦ  
δραμένοις. Σολετέρα: viderunt mihi præstantiore ingenij indole, quam Lysias, quantum quidem ex illius scriptis iudicare possumus, & moribus eiusiam commodioribus temperator, & copiosior: itaque nihil mirum, si ab adolescentia in arte dicendi viris antecellat.*

obijicit Philenicus: sed suauis magnitudine, & verecunda grauitate totum orationis corpus dispensat, nec ubique eodem modo colorat. Qui trimam lenitatem obijicit, Hieronymus, vide se debuerat, ea esse floscas argumenta, que sedatae requirant orationem; quod si alij feceret, insaniret, & ad trapenduros, illud, quod tantopere exagitatur a Longino, accedet.

Isaia.

## CAPUT XVIII.

Dionysius  
tribuit illi  
dictionem  
parvam ac  
curasam,  
perspicuum,  
propriam,  
omnidentem  
& cōcīsum.  
uadepā.  
ēpīcū, vī.  
pī, vīpīc,  
vīpīcī, vīpī.  
vīpīcī.

**I**saeus genere Chalcidensis, Athenas profectus Lysias operam dedit, & ex eius schola politus in forum venit, verborum cōcīsumate, & vi decendi p̄ceptori non dissimilis: quo sit, vt non facilē discernantur viri usq; orationes, nisi, quod ait Dionysius Halicaenaeus, Lysias concionibus gratia quædam sparsa afflorescat: orationes reliquit sexaginta quatuor, ex quibus extant adhuc decem. In nulla re mihi videretur illustrior, quam quod Demosthenē instituit.

Aeschines.

## CAPUT XXIX.

**Q**uis Mirmilloni componitur & qui manus? Trax (inquit Horatius) quis Demostheni? Aeschines: hos enim, quasi par gladiatorum comparat M. Tullius: A me (inquit) vt maximis minima conferam gladiatorum par nobilissimum inducitur Aeschines, tanquam Eserminus, vt ait Lucilius:

No spurcus homo, sed doctus. & acer.  
Cum Pacidiano componitur, optimo longe  
Post homines natos. vel vt Afranius habet:  
optimus mulier.

Post homines natos, gladiator quis fuit unus.

Nihil enim illo oratore cogitari posse diuinus, qua verba male Henricus Stephanus, vir aliqui eruditus, tribuit Aeschini: nunquam cum diuinum oratorem dixit Cicero, sed Demosthenem: ideo cum Esermino Aeschinem comparat, qui Placidianno longe erat inferior; nam (vt ex Luciliis verbis apparet) Eserminus spurcus homo nominatur. Placidiinus longe optimus post homines natos. Eadem similitudine vultus est M. Tullius, cum in causa Gabini, Pompeium violentum, & vt ait ipse, syllatum est, cum Esermino: se vero illi oppositum cum Placidianno confert: Non putas (inquit) ubi

Pompeius, de illius salute, sed de sua dignitate mecum est certamen: in urbem introiit, ad iniunctias res venisse; cu Eserni no Santi e Placidianus comparatus videret: articulam fortasse mordicus abstulisset. Perperam quoque Erasmus, in adagio, ait fusile gladiatores per omnia pares: In dissimili enim genere, licet simul cōpositos fusile, & Luciana, & Ciceroniana declarat. Sit igitur Eserminus Aeschines, qui, vt ait Dion. Halicarn. ἀγονάτερος ἦται Δικαιότερος, οὐ τὸν δέσποτον ἐλεύθερον πομπαῖον ἔμα καὶ δεσποτος, καὶ οὐ πάντα πατέρων πόλεων, τὴν τὸν φύσιον εὐχερεῖαν κεχρηματίζει, καὶ σφρόδερος Σωτῆρος, καὶ βαρύς, καὶ αἰσχρός, καὶ πίκρος. Et, vt censem Fabius Quintil. plenior Aeschines, & magis fusus, & grandior similis quod minus strictus, carnis tamen plus habet, minus lacerorum. Certè Cicero, vt vim Demostheni, suavitatem Iosocati, Lysiae subtilitatem, acumen Hyperidi, sonitum Aeschini tribuit, & recte: Ego si licet, quod sentio, dicere, hominem arbitror ex histrionia profectum, & naturæ viribus satis incitatum, canorum fusile legueium, magnum oratorem non puto. Anonymus aliquis author Græcus Demosthenem cum Aeschine perpetua antithesi conferens, Hunc cruentem lacerat, illum profusè laudat. Vnde in elegio ad Demosthenem.

*Judicium*  
*Dion. de*  
*Aeschina.*  
*Idem ab*  
*Hermogenes*  
*L. de Ideis*  
*dicitur copi-*  
*sis, et quod*  
*pos.*

*Anonymi*  
*iudicium*  
*de Aesci-*  
*ne.*

Lycurgus.

## CAPUT XXX.

**L**ycurgus orator non ex Rhetorum officina, sed ex Platonis schola processit ad Reipub. gubernacula, quam & bonis legibus informauit, & vario locupletauit ornamenti. Vir fuit grauis, opulentus, prudens, equitatis laude supra cærcios omnes praestansissimus: Quippe Lycurgum apud populum nominasse, magnum subSIDIUM patrōne videbatur. & hanc iustitiae famam iam constanter seruauit, vt appetente iam morre, sc in senatum deferri curaret, quo rerum suarum gestarum rationem redderet: quod cum grauitate, & sancte fecisset, vius Menechmus inuentus est, qui redargueret, cuius criminationes cum refutauerit, dominum reductus excelsi est vita. Atheniensi populo periueundus, Alexandro peritus fuit: cuius & ποτεστώτη cum audisset, Deum iridebat, & cu us templo egredienti: us, aqua iuxta opus esset. In stylo: Εσι δια παντός θυετήσεο, καὶ διηγεύθετο, καὶ σεμνός, καὶ ὅλος κατηγορ.

Dionys.

*Plat. in*  
*lo. orat.*

C 2 nos.